

## Vita S. Anskarii.

ed. Dahlmann bei Pertz Mon.  
Germ. II. p. 695.

Post haec itaque ambo deducuntur ad regem, quorum voluntati et desiderio ipse condelectatus dedit eis ministeria ecclesiastica, et scriinia atque tentoria, caeteraque subsidia, *quae tanto itineri videbantur necessaria*, et cum praefato Herioldo ire praecepit.

(Aufzählung der weiteren Befehle des Kaisers Ludwig)

Cum gravi itaque difficultate hanc peregrinationem suscipientes, *pervenerunt Coloniam*, ubi tunc temporis venerandus antistes Hildebaldus dedit eis *navem optimam*....

.....Hanc itaque praedictus Herioldus conspiciens *elegit ipse in eadem navi cum illis manere*.

Zwischen beiden entsteht Freundschaft.

pag. 696.

Inde egressi per Dorstatum, et vicinia Fresonum transeuntes ad *confinia Danorum pervenerunt*, et quia *interdum pacifice in regno suo Herioldus rex consistere non poterat* dedit ei memoratus Augustus ultra Albim beneficium, ut si quando ei necessarium esset, ibi subsistere posset.

## Chron. Corbeicense.

ad an. 830. C. 380—381<sup>1)</sup>.

Autbertus, qui cum rege Herioldo atque Ansgario nostro in Daniam profectus erat, reductus est ad nos, sed tristi morbo eius corporis membra languebant. Narravit ea nobis quae Deus fecisset inter Danos per ministerium eorum.

Postquam scilicet ab imperatore Ludovico libertatem praedicandi inter gentes, et ea, *quae itineri necessaria* fuerint acceperant cum rege Herioldo

*peregrinationem susceperunt et pervenerunt Coloniam*

Ibi gratia archiepiscopi Hildebaldi nacti sunt *navem*,

in qua et ipse Herioldus cum eis vehi *eligit*.

Salutatis autem amicis et conscensa navi solverunt

et navigarunt in *Fresiam*, sciliterque venerunt *Dorostadum*, ibique quinque manserunt diebus. Illic eos valde confortatos esse, *referebat* gratia Rixfridi episcopi.

Quibus peractis *addebat* se iterum navem conscendisse, et tandem auxiliante Deo *ad fines Danorum venire*, ubi relictis navi positis

<sup>1)</sup> Nach den genauen Untersuchungen, die Langebeck in der Chronologia Anskariana in den Scriptores rerum Danicarum. I. pag. 512. sq. angestellt hat, fällt der Zug ins Jahr 828. Autbert starb schon Ostern 829.